



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 71. Examen articuli de Ordinibus gratis conferendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

bat, quamvis latina versio aliud indicare videatur: insuper hic idem addidit, quod Sacerdotes, qui cuidam Ecclesiae non essent adscripti, equis freno solutis haud absimiles forent: Verum Regni Neapolitani, Dalmatiae, & Graeciae Antistites respondebant, quod redditus, qui patriae suae Parochiis essent annexi, potissima ex parte adeo tenues essent, ut vix ad unius Sacerdotis sustentationem sufficerent, nisi saltem plura uniantur beneficia: unde si tot tantum Sacerdotes, quot illis proventibus ali possent, illic existerent, rudes earum nationum populi nimium silvescerent ex Pastorum penuria, & paulatim Dei notitia vix in ipsis deprehenderetur: Igitur cum hae rationes aequae viderentur, sanctum est, ut id, cum universalis lex hac in re praescribi non posset, Episcoporum iudicio committeretur, qui ad titulum patrimonii eos duntaxat sacris initiarent, quos Ecclesiis suis necessarios, utilesve censuissent.

§. LXXI.

Examen articuli de Ordinibus gratis conferendis.

Sequens articulus de Ordinibus gratis conferendis agebat, hancque in rem *Pallav. n. 7. 8. & 9.*
 Albertus Duimius Vegliensis Episcopus ita perorabat: „Caput circa hanc quæ-

K 3

„stio-

Sæcul. XVI.
 A. C. 1562.

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

„stionem adornatum minus perfectum
„censeo, nisi Patres simul statuunt, Ro-
„mæ quoque abstinendum a pecuniis
„exigendis propter dispensationes, quæ
„ad ordines indebito tempore, ætate
„necdum matura, absque venia, & ex-
„amine Ordinarii recipiendos, vel pro
„tollendis irregularitatibus, aliisque im-
„pedimentis Canonicis concedi solent;
„quandoquidem in his ingentes sumptus
„fiant: Episcopis quidem egenis, qui-
„bus aliunde non suppetit ad victum, exi-
„gua eleemosyna dari usuvenit, quam
„ego tamen ex animo censeo tollen-
„dam, quamvis aliunde semper in mo-
„re positum habuerim, ut toties, quo-
„ties ad me adferuntur dispensationes,
„sive propter Ordinationes, sive alia de
„caussa sciscitari soleam, an pretium ea-
„rum persolverint; cum vero se depen-
„disse respondent, tum eas non admit-
„to, sed re infecta dimitto: porro id
„jam publice profiteri, haud vereor, eo-
„quod ad idem faciendum Episcopi o-
„mnes ex officio teneantur.„ Hæc ubi
„dixisset hic Præsul, respondebant
„Legati, jam dudum ea de re actum
„fuisse in Congregatione quadam, ubi vi-
„sum fuit Patribus, quod ejus causæ de-
„terminatio referatur ad Papam, cum e-
„jus maxime interit officia Curix Ro-
„manæ decenter emendari: porro ad hæc
„repo-

repositum idem Episcopus, „de eadem Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

„re, cum nuper jejunii verni tempore
 „Romæ essem, sæpius, ac præcipue se-
 „mel apud Cardinalem Perusinum præ-
 „sentibus pluribus aliis Cardinalibus, at-
 „que Prælatibus huic malo remedium
 „opponi postulavi, ab iis tamen mihi re-
 „sponsum est, in Concilio hæc esse pro-
 „ponenda, cum autem nunc oppositum
 „fieri cernam, nunquam ultra de his
 „mentionem faciam, eo quod emenda-
 „tionis cura soli Deo sit reservata „ (*)
 Ceterum observat Pallavicinus, a Sy-
 nodi Patribus in prioris decreti forma
 dictum, quod Episcopi nec a sponte of-
 ferentibus, nec pro Ordinum, vel ton-
 suræ collatione, nec pro literis, ut vo-
 cant, dimissorialibus quicquam reci-
 piant, ac transgressores tanquam simo-
 niaci puniantur: verum posteriora hæc
 verba fuere deleta, cum simonia non sit
 sponte oblata, ac gratuiti doni acceptio,
 quam ob rem in illius dicti loco posi-
 tum est: *Ne valeret in oppositum quæcum-
 que consuetudo, seu verius abusus, & cor-
 ruptela, utpote simoniacæ pravitati favens.*
 Ceterum pœnæ non auctæ, sed confirma-
 tæ sunt, cum statueretur, transgressores
 pœnas a jure inflictas ipso facto incur-
 furos.

K 4

(*) Hæc omnia de verbo descripta sunt
 ex Sarpio.

Sæcul. XVI. A. C. 1562. furor. Alterum notatu dignum est, eam quicquam accipiendi permissionem Scribis factam, quæ in prioribus Decretis erat universalis, fuisse coarctatam ad eas Diœceses, ubi laudabilis consuetudo non esset, ne quid etiam acciperent Scribæ: id vero petierant Galli; eam enim consuetudinem in quibusdam ipsorum Provinciis vigere dicebant.

§. LXXII.

Articulus de quadam fructuum parte ex Ecclesiarum fundo in distributiones convertenda.

Pullav. l. 17. c. 9. n. 10. § 15. Postea in articulo sequenti in id incumbatur, ut destinaretur in quolibet Ecclesiarum Cathedralium, seu Collegiatarum fundo aliqua fructuum pars quotidianæ distributioni, seu cuidam summæ inter eos dividendæ, qui quotidie sacris functionibus interfuerint, ut inde allicerentur ad ministerii assiduitatem. Hoc decretum primo ita confectum erat, ut Episcopis daretur facultas destinandi quotidianis distributionibus quamdam, a Synodo minime definitam portionem reddituum, qui memoratis Ecclesiis olim assignati fuerant: dein vero cum Patres animadverterent, quod tunc, si hæc potestas absque restrictione relinqueretur, tantum detraheretur effica-